HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh. Seite 129
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Huc illucque circũspicias & ueni entes contra te aduersarios reformides
propauore qd in hebraico scriptũ ē. magur. LXX. & theodocio.
METOKON. idest migrantem aquila & secunda edicio peregrinũ pri
ma circũspicientẽ symmachus ablatũ siue congregatũ & coactũ interpretatis.
Quia haec dicit dns ecce ego dabo te in pauorẽ te & omnes amicos tuos & cor
ruent gladio inimicorũ suorũ & oculis tuis uidebunt & omnẽ iudã dabo in
manu regis babylonis & traducet eos in babylone & percuciet eos gladio
& dabo uniuersã substanciã siue fortitudinem ciuitatis huius & omnẽ
laborẽ eius omnẽ que pretium siue gloriã & cunctus thesauros regum
iuda dabo in manu inimicorum eorũ & diripient eos & tollent & ducent
in babylone. Tu autẽ phassur & omnes habitatores domus tuae ibitis in
captiuitatẽ & in babylonẽ uenies & ibi morieris ibique sepelieris & om
nes amici tui quib; pphetasti mendacium. Iuxta superiorẽ interpretatio
nẽ qua phassur nomen fuerat inmutatũ ut apelleretur magur.
Omnes similiter transtulerunt ut significarent uel pauorẽ uel pere
grinacionẽ uel sublacionẽ & translacionẽ & congregacionẽ conmi
natur que eũ cum amicis suis iãque capiendum tradendũ que ostiũ ma
nib; & cunctum populum tribũ iudae babylonii regis manibus obtinendũ.
Aliosque interficiendos gladio & alios ducendos in captiuitatẽ & uniuer
sas diuicias tã urbis quã thesaurorũ regiorũ ab inimicis esse capiendas.
Ipsũ que phassur cum omni cognacione sua & familia ducendũ in capti
uitate & in babylone esse moriturũ eo qd populũ suo mendacio deceperit
ne quaquã illi uera & tristicia sed pmendaciũ prospera pollicendo simulque
anim aduertenda pphetae paciencia adque prudencia qd missus
in carcerẽ tacet. & silencio uincit iniuriã nec tamen dissimulat qd scit
esse uerturũ ut saltem sic pseudo pphetae pontifex peccare desistat &
dĩ clemenciam depretetur.
Seduxisti me dnẽ & seductus sum siue decepisti me dnẽ & deceptus sũ for
ciorme fuisti & inualuisti siue obtenuisti & potuisti factus sum in derisũ
tota die omnes subsannant me. Quia iã olim loquor uociferans ini
quitatẽ & uastitatẽ clamito siue quia amaro uerbo meo ridebo.